

Crossio.

Amplissime ac Doctissime Domine

1233.

Ad septem illos libellos aureos de Arte Grammaticâ
quibus a te comperi donatum me fuisse, cum eisdem,
nescius, an proditiissent, per epistolam e castris adhuc
emendicarem, ut aliquid reponam tandem, praeter
vulgares gratias, quas si nunc septies ^{tibi} et septies septies
reddam, usque me debendi rem habeas, ecce ego me
de illorum numero profiteor, qui te hoc opere rem
necessariam, utilem, praecelaram, rem saeculo, si sapiat,
et tua potissimum existimatione, imò et aetate dignam
sic praestitisse censent, ut a nemine hodie sperari poterit.
Post summas viros, quorum hanc sententiam esse, ex
ipsorum ore et candore sed erudito, didici, non est quod
quidem quod suffragioli mei rationem habeas; sed qui
omni populo nunc iterum in ore es, et nationum terra
iudicis expositus, fortasse non aequus certus eris, ut
ubique sapueris. Visus es me autore non illibenter
accepturus qualis in Aula et Curia et in hoc aegros
pago audias. Loquor enim de sensatis, et quorum
popularent ^{se} me letari debeo. Ceterorum palatia qui
attendat, nihil unquam probi aut sinceri saporis
edat. Talis enim neque ~~gratus~~ gustus eorum neque
fames est. Haec non inhiant, praesens ~~praesens~~ ^{plerisque} raris
aut insalubribus. illo tam vitiato sunt, ut bonis et
suavissimis vice afficiantur. Quae viros magnos, ut
dicebam, et me eorum assecram impulerint de opere
illo tuo sic sentire, sic effari, si potis est ut nescias,
ipsi exponant. A me tam explicati sermonis seriem
ne expectas. Nimirum ego libris illis, quos cum
tuos esse dixi, abundè laudasse videor, eò redactus
sum, ut nec legere me Latine scire, nec scribere
satis credam. Adeo tu me in ea arte ^{quam} primam
~~non in~~ omnium didicisse me putavi, ut procepte
tibus videbatur quodammodo ~~perdidicisse~~, multarum
rerum ipso in vestibulo, ~~tuas~~ admones, quas cum
fugisses me fatendum sit, veneri subit quamplurimas
porro latere, quibus nondum intellectis, ridiculus sim
qui

qui scribam, et legi ab eo satagam, in quo necdum perlegi, ut scribendum sit. Summa est mi Aristarche, Latine nescio; quod ut verum diu fuerit, tu docendo indicasti. Sequor te, ut vides, et quasi quid ad rei fidem reliquisit barbarâ latinitate, qualis hodie Anticorum est, adimpleo. Exede nunc hoc introitum, postquam a tuâ manu est, qui me huc impuleris tuâ humanitate. dabitur opera in posterum, si quis hæc otia Deus fecerit, ne frustra me ad rudimenta omnium literarum reuocasse dicaris. Vale omnium literarum decus, et me ama, qui te tuosque super charos habeo. Quæ horum aliquis imper in originibus historia nostras tentasse dicitur, nondum vidi; si te autore animam istuc impulit, ut nefas dubitare sit, quo instituto fecerit, ut reliqua pertexturus, an ibi substiturus, quod valde notum, quandiu quidem præitore adolescens manus usura est. Haga Com. 23. Jan: 1636.

Libri primi operis tui capite septimo, ubi de Orthographia quid Architecti sit ex Vitruvio refertur, inter hujus commentatores, ~~Barlaam~~ ^{Barlaam} verè citas. sed qui manu tibi exscriptor locavit, minus ^{grinon verè} ~~Barlaam~~ Danisli Hermolaum supposuit, Propatruum pronepoti Patriarchæ ~~Electo~~ Aquilegiensi, cujus mendæ iudicium quasi abolitore, casu opportune locuto, in bonam partem interpretare.

Barlaam. Doctissime et amicissime Domine

(231)

Ad facetissimam venustissimamque et veracissimam denique epistolam tuam, quam vixque fortio cum tradideras, ipsi se perferendum ignaro, dederas, gestiebam illico rescribere, simili non certe genio (quò talia fando quis hodie ascendat?) sed characterè; neque defuisset ubi rideres, si non fessellit me festivi cuiusdam iuuenti recens, et ut præceptor oratoria illum vocat, nondum refrigeratus amor. At enim verò nosti tu, Ausice, sortis mee sortem: fortuitum illud, inquam desultorium studium interruptum, si fas est, studium appellare, cui si quid otij datur, datur fere tunc cum maxime dum brevi intervallo, quod inter Curiam est ac domum meam, meas mihi cogitationes vendico, et salutanti bus plerumque sic respondeo, ut fecisse Diogenem arbitror, cum aliud secum agens in turbâ tot mortalium